



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

2. Quòd concupiscentia etiam sine externo opere peccatum est.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

NG.

abent pro  
Esa. 1. Om  
onem, pup  
et eos, prop  
peccatores  
tur. Sop  
uebant in  
es: manè  
absconden  
s proditor  
ium: idè  
dicare filij

AE CE  
do-

II.

Dei, & leg

externo

iscere dom

Dei ab hum  
ia, quia leg  
rna facta  
nit ac dam  
osita &c. id  
m externa

gunt iustitiam, nihil curantes de interioribus motibus cordis: sed qui fecerit legem, viuet in ea, scilicet temporaliter & coram mundo iustus reputatur. Sed præcepta legis Dei non solùm de externis rebus & factis loquuntur, sed etiam de interioribus affectibus, inclinatione & immunditia naturæ. Quando igitur lex ait, Non concupisces domum proximi tui &cæt. duo complectitur, affectum malum, & causam mali affectus, scilicet ipsum morbum naturæ, qui vocatur peccatum originis: hunc morbum humanæ naturæ non aduertunt leges & philosophia, neque iudicant esse peccatum. Ideò lex Dei accusat eum, est enim lex Dei spiritualis, Rom. 7. id est, Spiritu intùs & corde, non solùm foris opere vult impleri. Et quoniam nemo viuit sine hac concupiscentia, quæ impressa est naturæ, illiq; inhæret inseparabiliter, indè fit quòd nò possumus legi Dei satisfacere, sed habemus opùs aliena iustitia, nempe Christi, ideò illam Apostolus optat Philip. 3. Est igitur hoc præceptum ad cognoscendum morbum naturæ nostræ.

Secundò, quoniam nemo est sine concupiscentia <sup>2.</sup> super terram, nec etiam puer vnus diei, & illa est peccatum Rom 7. Vbi Apostolus dicit, Ignorabam concupiscentiam, nisi lex diceret, Non concupisces: indè est, quòd omnes nascimur peccatores, nam in Adam omnes peccauimus, Rom. 3. & Psal. 13. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: & non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens: Ergò illa concupiscentia vel potiùs peccatum originis seu morbus naturæ, est verè peccatum, & tale, vt damnet hominem, si non tolleretur in baptismo, per iustitiam, CHRIST I lex misericordia propter fidem in illum. Tollitur quidem in baptismo, non vt non sit: fomes enim peccati manet, id quod omnes sentiunt, sed vt non imputetur ijs qui non secundùm carnem ambulant:

S 2 Rom.

Rom. 8. nec obediunt concupiscentijs eius, Roma  
 Vel igitur oportet, vt concupiscentia manens se  
 per per totam vitam mortificetur, & contra illam pugnetur : & tunc non est peccatū imputatiuè, id quod  
 vbiq; docet Apostolus Rom. 5. 6. & 8. Deus enim  
 vult imputare, quatenus ei, id est, concupiscentia  
 obeditur, sed potius donat Spiritum sanctum, vt mor-  
 tificetur, & hoc fit vsque ad mortem hominis : vt  
 concupiscentia non resistitur, sed illi obtemperamus,  
 tunc damnabile erit peccatum, vt Roma. 7.  
 Si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis, id est,  
 si concupiscentias mortificaueritis: sin autem membra  
 moriemini scilicet à gratia, quæ non imputat concu-  
 puscenciam pro peccato, quatenus illi resistitur.  
 Concupiscentia igitur peccatum est. Naturalis  
 ratio hominis tametsi externa facta & opera con-  
 siderat, non inuenit peccatum in paruulis & pueris  
 minibus, sed lex Dei morbum nature tanquam vitium  
 tangens, dicit illum & illum peccatorem, quia natura  
 eius oppressa est peccato, Rom. 7. nō habitat in  
 ne mea bonum: ideo pueri, licet non habeant actus  
 & externa peccata, tamen ratione morbi nature sunt  
 peccatores. Habent quoq; paruuli concupiscentias  
 & motus internos, iram, iustitiam, concupiscentias  
 pulchri, odium tædij: & sentimus quotidie hanc  
 concupiscentiam etiam post baptismum, quam si quis  
 non haberet, nunquam curaret quæ corpori  
 placerent, aut displicerent: & solum intenderet  
 rei quæ Deo placeret: sed quia pleni sumus affectibus  
 ideo nos agnoscere oportet, hunc morbum esse peccatum:  
 & tamen non imputari pro peccato, si non  
 secundum carnem ambulauerimus. Hæc igitur valde  
 plus ad humiliandum nos, quàm vt nimiam naturam  
 extollamus, superbiamus, certemus: sed vt simus  
 paciores & auidiores ad gratiam Christi quæ est  
 qui datus est nobis à Deo, vt nostra sit iustitia, sancti-  
 ficatio

ficatio  
 Non ce  
 pifce  
 Ter  
 solum  
 mestic  
 senten  
 quod p  
 dore, d  
 ptuofit  
 lem po  
 varia d  
 quare c  
 honore  
 tias ag  
 tificia  
 precept  
 didam  
 nec ea p  
 dō vide  
 pia, tur  
 ius det  
 hoc pot  
 neat in  
 tuum il  
 stus no  
 suum in  
 iuste &  
 tamen c  
 cupifce  
 rarij di  
 exigun  
 rias pra  
 cunque  
 fraude  
 ad se tr

ficatio & redemptio, 1. Corinth. 1. Ideò Deus dicit:  
Non concupisces: nempè vt vel sic agnoscas concu-  
piscenciam esse peccatum.

Tertiò, in hoc præcepto per domum proximi, non  
solum ædificium est intelligendum, sed tota res do-  
mestica, & quicquid ad hanc pertinet. Est igitur hæc  
sententia, Noli concupiscere, vt libenter velis esse  
quod proxim⁹ tuus est, vel in tali statu, familia, splen-  
dore, diuitijs, potestate, honore, titulo, officio & sum-  
ptuositate, &cæt. Sed quod sis, esse velis, iuxta genti-  
lem poetam, & forte tua contentus esto. Deus habet  
varia dona, & distribuit cuique prout vult, Roma. 12.  
quare dono suo vnusquisq; debet contentus esse, suo  
honore, statu, bonis, & cogitare quomodo Deo gra-  
tias agat pro eo quod habet, vt suo statui & officio sa-  
tisfaciat, & placeat Deo, & hoc Deus mandato suo  
precepit, ne aliena concupiscamus, nõ proximi splen-  
didam domum, amplos hortos, agros, pascua, vineas,  
nec ea p fas & nefas ad nos trahamus, maximè quan-  
do videmus proximum laborare ære alieno aut ino-  
pia, tunc circumuenimus eum, & bona illius cum ei-  
us detrimento & vili precio nostra efficimus. Quin  
hoc potiùs studere debemus, vt proximus noster ma-  
neat in sua possessione, diuitijs, statu & honore, mu-  
tuam illi dantes, & nihil vsuræ indè sperantes, vt Chri-  
stus nos docet Matth. quinto. Ideò qui sic proximum  
suum in tempore necessitatis suæ circumuenit, licet  
iuste & rectè emat vel ad se redigat eius bona, non  
tamen erit sine peccato, quia Deus dicit, Non con-  
cupisces domum proximi tui. Videant ergò hic vsu-  
rarij diuites, qui omnem substantiam proximi sui  
exigunt: grauitè etiam peccant lusores, qui per va-  
rias practicas pecunijs proximi insidiantur. Qui-  
cunque igitur pauperem vel diuitem in necessitate,  
fraude vel dolo decipit, ac minori precio bona eius  
ad se trahit, id quod (proh dolor) iam commune  
S 3 est in